



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISSERTATIO THEOL. I.

<sup>DE</sup>  
**STATU**  
 ECCLESIAE PRIMITIVÆ,  
 ET MODERNÆ,

*quam*

**AUXILIANTE DEO,**

Ex Decreto Serenissimi Domini

DUCIS Administratoris,

Sub PRÆSIDIO

VENERANDI THEOLOGI

**DN. JOH. ADAMI OSIANDRI,**

SS. Th. D. & Professoris dudum celeberrimi

Universitatis Tubingensis Cancellarii

longè Gravissimi,

Ecclesiae Præpositi Dignissimi

**DN. SO CERI & Preceptoris Parentis instar  
colendissimi,**

Pro obtinendo legitimè in SS. Theol.

GRADU Supremo  
*defenderet*

**JOH. WOLFGANG JÄGER,**

Ph. P. Prof. Ordin. & Stipendii Ducal.  
EPHORUS,

*Ad Dies & Dec.*


*in*

**AULA THEOL. NOVA.**

*TUBINGÆ.*

Typis MARTINI ROMMELII, 1689.





*Pro copiosiore materia ad Disputandum  
sunt sequentes*

THESES CONTROVERSAE,

I.

**V**is & efficacia Scripturæ S. non est tantum Objectiva & Moralis, ut censet Turretinus cum Sociis, sed Subjectiva, inservia & verè Divina.

II.

Omni præsentia divina non consistit in Operatione, contra Cartesianos.

III.

Status purorum Naturalium Chimæricus est, neque potuit D E U S hominem in illo condere, contra Pontificios.

IV.

Fœdus, quod D E U S cum Adamo integro iniit non fuit particolare cum Adamo Solo, sed Generale, cum toto genere Humano: contra Placatum & sequaces.

V.

Peccatum Originale non consistit in labore inhærente, sed antecedenter in ipsa Inobedientia actuali Adami, quæ nobis imputatur, contra eosdem.

V.I.

Fundamentum imputationis peccati Adamitici non bene sumitur à prævisione D E I, contra P. Musæum.

) ( z

VII. Gra-

\* \* \* \* \*

VII.

**Gratia Universalis**, prout explicatur à Moſe Amyraldo & aliis Irenicis facit D E U M Hypocritam.

VIII.

**Quod DEUS ex Dominio absoluto potuiffet Creaturam rationalem ad exitium æternum condere, non aliter ac animantia bruta ad lanienam & mactationem, horrendum dogma est Reformatorum quos supra lapsarios vocant.**

IX.

**Falsum est Tubingenses ponere Statum exinanitionis Christi in nuda xyphæ, atque adeo facere illum Statum tantum simulacrum. contra D. D. G. & Sch.**

X.

**Satisfactio Christi evidens argumentum præbet, quod detur in DEO justitia Commutativa. contra Vasquium.**

XL

**Intercessio Christi non durabit ultra Consummationem seculi. contra D. C.**

XII.

**Sententiafferens, quod Nullum detur Bonum & Malum, antecedenter ad voluntatem DEI evertit Legem & Evangelium. contra Szydlovium & Socios.**





## P R A E F A T I O.

 Nam misera hodiè sit Ecclesia Christiana facies, ob turbas Schismata & Hareses varias, qua illam tanquam pudenda ulcera & macula fadant tam necum est, ut nec verbus, nec testibus opus sit. Illud corpus cuius Spiritus vitalis stat uigetque in membrorum reciproco amore; Illa Respublica, qua concordia & charitate tanquam Naturali quodam vinculo coherere deberet, intestinis odios flagrat; Tanto atrocius, quia sub schema & praetextu pietatis. In a prepostero stilo Amor fit furor, & sancti ignes, quibus verus flagrat Christianismus in basia abeunt & cineres hominum, urbium, provinciarum. Causam tantim male post veteranam diaboli invidiam, alter alteri impuramus: Illi qui sub obsequio & Dominio Episcopi Romani stant vivuntque, de nobis querelas movent; Nos in consilium Christi rogam in partes rupisse, Nos ab unione recessisse, & calcata Matre nostra Ecclesia Romana pietati omni fideique nuncium misisse.

Nos contra qui Protestantum nomen gerimus, invertimus verba & culpam, tantiue male & dissidii causam & crimen in illos rejecimus; quia Ecclesia Romana a primava & Paulina sua integritate ac candore desiverit, quod ejus Episcopi contra Ius Divinum Primatum & Potestatem Oecumenicam, supra rotum Ecclesia corpus sibi vindicarint; Quod supra Concilia se evexerint; Quod infallibilitatem in rebus fidei, & controversiis decidendi arrogarint: Quod denique nos nullius hareseos aut crimini convictos, quin nec auditos è regno suo per fulmina Capitolina ejecerint.

Ut itaque constet, cujusnam partis quarela sunt justa, & cujusnam iusta; quamnam Ecclesia vera Christi sponsa sit, & que-

A nam

nam viriata, puria & meretrix; & Nativitate, & primo lacte, hoc est ab ipsis Christi & Apostolorum temporibus res nobis rependenda est; Descendemus deinceps ad hac usque tempora nostra: Ita enim facile patet, conferendo prime vum arque adeo quasi Innocentia Statum cum Hodierno, mores antecedentium seculorum cum praesentibus, doctrinam & genium jam dominantis Ecclesie Romane, cum pristina & Apostolica; an colores illi, quibus se subinde pingit & singit Roma, & quibus tanquam sponsa pudica superbit, genuinissimt, an adulterini.

Res hac a nobis pro angustia charta, temporis & ingenii tractabitur; eo lubentius, quia non est exigui momenti, quin in hoc consistere SUMMAM REI agnovit sedis Romana. Atlas Bellarminus, & post alios multos Petrus de Marca Archi-Episcopus Parisinus. Quod si enim ostenderimus, vanas esse prerogativas & Iuris Divino adversas, quas Episcopus Romanus pretendit; Simil patet, quam malâ fide haec tenus Possessionem Iurium & prerogativarum istarum tenuerit; Quam turpiter impositum fuerit Christiano Orbi: quam lubricum & arenosum sit fundamentum, cui magna illa moles Ecclesia Romana innititur. Ostendemus porro diversas Authorum & Principum in Republica Pontificia sententias, quodque circa prima ejus principia prelia sint, & atroces discordie: Ita insimul planum fiet, quanti sit habenda frequens illa Objectio, qua Ecclesiam nostram fatigant, nullum in ea dari consensum: Si enim circa Caput Ecclesia Romana in medio ejus corpore, tam dissona sunt judicia, & discordes lingue, quid illi nosbras lites exaggerant, que in extremis tantum versantur articulis & consequentiis. Dicemus autem in praesenti de illo puncto, de aliis si vita nobis & vires supererunt alibi, cum discordiam Partium Tridentinorum sub examen vocabimus.

Tu qui solus es Caput Monarchicum Ecclesia Tua, & quam proprio emisti sanguine, Christe Domine, fac ut extra Te, qui es Via Vita & Veritas dicamus nihil.

P R O-

## PROPOSITIO I.

*Quis fuerit ordo in Republica Ecclesiastica, temporibus Apostolorum.*

## SUMMA.

1. *Supponitur Ecclesiam esse Domum Dei, in quo sit Ministerium & Ordo.*
2. *Affertur distinctio inter Ministerium Ordinarium & Extraordinarium.*
3. *Explicatur locus Eph. 4. v. 11.*
4. *Ostenditur quam prærogativam haberet Apostolatus præ reliquis.*
5. *Indicatur quid per Prophetas intelligatur, & quid per Evangelistas.*
6. *Probabiliter afficitur, quod ex intentione Apostolica, inter Pastores & Doctores non sit discrimen.*

Codex Sacer inter varios titulos, quos Ecclesiæ largitur, illam quoque vocat Domum Dei viventis, ut videre est, 1. Tim. 3. v. 15. Ilbi Paulus postquam regulas quasdam de ministrorum officiis in ea Domo præscripsisset, Timotheo Episcopo ait, ut scias quomodo Te oporteat Conversari in Domo quæ est Ecclesia Dei viventis. In ea Oeconomos esse ex eodem Principio evidenter patet; Ilbi enim cœtus, ubi societas bene constituta, ibi Ordo est, & regimen aliquod; nè sit

*Confusa turba, nemo ubi audit neminem,*

Sunt itaque in ista Domo sive Republica quam Deus peculiari titulo sibi propriam fecit, Ordines quoque sui, & peculiaris Oeconomia ut omnia ἐν χριστῷ καὶ καλῇ λέξει fiant, 1. Cor. 14. v. 33. Unde etiam Ministri Ecclesiæ expressis verbis οἰκόποιοι μυστηγίων Θεοῦ 1. Cor. 4. v. 1. vocantur. Sicut autem in quavis Republica Rector ejus, aut in Domo Paterfamilias Jus ac potestatem habet disponendi in ea pro arbitrio, constituendi etiam famulos ministros; & Oeconomos eo ordine & modo quo ipsi placuerit; Ita Deus in Domo sua sive in Ecclesia certam quandam Oeconomiam instituit, & Ministros sive Oeconomos ordinavit, qui tanquam fideles servi, non

proprias res, sed Patris familias juxta præscriptum modum curarent; Cernere ejus rei exemplum luculentum licet in Synagoga sive Ecclesia V. Testamenti, ubi Divina Majestas tum in Tabernaculo Mosaiico, tum in Templo Salomonis cuncta per sua ministeria certa ita digessit, ut ab Ideo præscripta, ne latum unguem discedere debuerint. Ut itaque in primis constet, qualis Ordo in Ecclesia N. Testam. locum habeat, in primis advertendum est, quod ministri alii fuerint Extraordinarii alii Ordinarii; Extraordinarii vocantur Apostoli Prophetæ & Evangelistæ; Vocati à D e o modo quodam Extraordinario ad plantandam & constituendam Ecclesiam. Ordinarii dicuntur Pastores & Doctores, vocati à D e o non immediate, sed modo ordinario, & mediate, ut Ecclesia jam quodammodo plantata, porro augeatur, & incrementa sua capiat.

Ulrumque hunc ordinem complexus est Gentium Doctor & Apostolus in Ep. ad Eph. cap. 4. v. 11, ubi dicit, quod Christus quosdam posuerit Apostolos, alias Prophetas alias Evangelistas, alias Pastores & Doctores, quem in locum Calovius Bibl ill. pag. 105. Gradus inquit, quod attinet, alii sunt Extraordinarii qui immmediato impulsu Divino Acti, quales Apostoli, Prophetæ, Evangelistæ; alii Ordinarii, ceu sunt Pastores & Doctores, quibus non est peculiaris cœtus Ecclesiæ creditus, per quos temerè eminentiorem gradum & metropolitas intelligit Grotius; Theophylactus contra nomine Pastorum presbyteros & Episcopos, Doctorum vero & Diaconos, & quoscunque Ministros Ecclesiæ intelligit. Sed etius Pastores dicuntur, qui Ecclesiam, Doctores qui Scholam regunt. Hæc Calov. de quo tamen quid nobis videatur, ex dicendis patebit.

Vi itaque dicti Apostolici in Ministerio Extraordinario tres sunt distincti Ordines, quorum Primus est Apostolicus; Primum dico, quin & præcipuum hunc ordinem ob certas prærogativas, quas habuere Apostoli; Nam ad Apostolum requirebatur, ut ipse Christum viderit in carne, ut possit testimonium ex *αὐτοῦ* dare de resurrectione Salvatoris nostri ex sepulchro. Hinc etiam cum alius Apostolus substituendus esset in locum Judæ proditoris, Petrus hoc requisitum in subjecto Eligendo præsupponit, inquiens, oportet ex his vivis qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore, quo intravit & exiit

& exiit inter nos Dominus Jesus, id est, qui ipsum oculis viderunt suis, incipiens a baptismate Johannis, usque in diem, qua assumptus est a nobis TESTEM RESURRECTIONIS ejus fieri, nobiscum unum ex istis Act. 1. v. 21. Et ut Paulus fieri posset Apostolus Christus scipisci videndum exhibuit per specialissimam quandam & prorsus Extraordinariam manifestationem 1. Cor. 15. v. 7. 8. vid. Scherz. syst. I. 25.

Secundo Apostoli iis fuere a Spiritu S. instructi donis, atque ita in omnem veritatem ducti, ut in Doctrina prorsus fuerint infallibilis: quod si enim fallere aut falli potuissent, fides ipsis eorumque Scriptis tuta & Divina adhibere non posset: repugnat enim absolute, fallibile esse & Divinum.

Tertio, Apostoli non erant affixi ad certum aliquem Cœtum; sed dictum erat iis a Christo, ite in universum mundum, & prædicare Evangelium omni Creaturæ; poterant itaque prædicare ubique placebat, aut quo Spiritus ipsos impellebat, ut constare potest ex praxi & Peregrinatione Paulina; dum econtra Successores eorum Pæstores hodierni distinctas suas maedras habent, & determinata Ovilia: Quanquam Gregorius Nazianzenus in Orat. 24. adv. Arian. non refugiat singulis quoque Apostolis singulas provincias attribueret, inquit, Petri Judæa, Pauli Gentium Universitas, Lucas in Achajam mittatur; Andreas in Epirum; Johannes Ephesum; Thomas in Indiam, &c. Concilium verò Aquense sub Pipino l. 1. cap. 12. Petro dat Occidentem; Johanai Orientem, Paulo totam Generaliter mundi latitudinem &c. Quem nodum ut solvant alii, distinguunt, & dicunt, quemvis Apostolorum Actu primo, seu habitu Episcopos fuisse totius Universi, Actu verò secundo, quemque illius tantum loci Episcopum extitisse quem Ac tu ipso regebat in spiritualibus: sed de hoc alibi largior erit dicendi campus.

Quarto Apostoli etiam Majoribus & Excellentioribus donis fuere donati a Spiritu S. quam omnes alii Ordines & Ministri D. 1, habuerunt enim donum variarum linguarum, in ipsis effusas est Spiritus S. in forma visibili tempore Pentecostes, habebant Virtutem patrandi miracula, quæ omnia junctim sumta a condito mundo, usque ad deliquum & finalem ejus periodum nemini competitabant, aut divinitus data fuere, neque etiam dabuntur.

Quomodo differant Prophetæ & Evangelistæ , & in quo illi his  
sint præferendi, etiam dubium videtur esse. Diversitatem graduum  
expresse assignare videtur Apostolus , dicendo D e u s constituisse  
A l i o s Prophetas alios Evangelistas ; in quo verò puncto Prophetæ  
Evangelistis sint anteferendi id non legitur : Videtur autem hoc peti  
posse ex munere & officio. Nam Prophetæ fuere Viri g e s p r e v e s o i ,  
quibus D e u s res futuras nullo humano acumine præscibiles certò  
prædixit & revelavit, sive per visionem sive per somnum aut alio mo-  
do , qualis fuit Agapus Act. 11. v. 28. & qui etiam Concciones Sacras  
ad populum habebant, atque ipsis Scripturam explicabant. Econtra  
Evangelistæ fuere singulares quidam Apostolorum Ministri , qui illis  
in prædicando Evangelio , & constituendis ac stabiliendis Ecclesiis  
manus auxiliares præbebant : qualis fuit Marcus ( Matthæum enim  
& Johannem quamvis & isti Evangelistæ dicantur, in hoc tn. loco non  
intelligi , nobis certum videtur) quem Paulus & Barnabas secum as-  
sumserunt, cum ab Ecclesiâ Antiochenâ missi sunt ad prædicandum  
Evangelium per Asiam , dicitur enim ibi, fuisse eorum ἡπτητος Mi-  
nister Act. 13. v. 5. Talis etiam Evangelista videtur fuisse Silas Comes  
& Adjutor Pauli in secunda peregrinatione in Asiam , uti colligere est  
ex Act. 15. v. 40.

Ordinarii Evangelii Ministri sunt Pastores & Doctores , qui  
etiam à Paulo loco supra citato alligantur. Ilbi dissensus est inter Au-  
thores, an Pastores & Doctores constituant duos distinctos Ordines ;  
Nam ut supra vidimus ex Calovio Theophylactus putat, per Pasto-  
res intelligi Presbyteros & Episcopos, per Doctores verò Diaconos  
& quoscunque Ministros Ecclesiæ , & Calovius ipse distinguit Pa-  
stores à Doctoribus in eo, quod ille Ecclesiam regant, hi verò scho-  
lam: Nobis tamen salva meliore sententia videtur nullum discrimen  
assignari ab Apostolo , neque enim dicit , Alios quidem Pastores,  
alios verò Doctores, prout in antecedentibus dixerat, alios Aposto-  
los, alios Prophetas &c. sed alios Pastores & Doctores , ubi parti-  
cula copulativa ~~et~~ conjunctiva est , & Exegetica, non verò disjun-  
ctiva, aut adversativa. Consentit nobiscum Augustinus. in Ep. 58.  
ad Paulinum inquiens, Pastores & Doctores quos maxime ut discerne-  
re voluisti, eosdem puto esse, ut & Tibi visum est, ut non alios Pa-  
stores alios Doctores esse intelligamus, sed ideo cum prædixisset Pa-  
stores,

**st̄ores, subjunxisse Doct̄ores, ut intelligerent PASTORES ad OFFICIUM pertinere DOCTRINAM.**

Nec aliam etiam Identitatis suæ rationem reddit Augustinus, quammodo antea allatam, videlicet Apostolum ista non distinxisse dicendo, ALIOS PASTORES, ALIOS DOCTORES, sed conjunxit ALIOS PASTORES ET DOCTORES tanquam unum aliquod diversis nominibus exprimendo. Consentient cum Augustino Hieronymus, Chrysostomus Theodoretus & alii: Quod si tamen magis arrideat, Pastores & Doctores cum laudato Calvio, Balduino & aliis distinguere, nolumus hic litem movere. Dehodierno Ecclesiæ statu si loqui velimus, in dubium est, aliud esse Doctorem in Cathedra Academica docentem, aliud Pastorem. Anverò illuc digitum intenderit Paulus de eo dubitamus.

Quæres quonam ergo stante hac sententia pertineat ordo Diaconorum, qui cum Republicæ Ecclesiasticæ. N. Test. primordiis cœpit, huc referri etiam debent Diaconissæ. Ad hoc quæ situm respondemus, primo, nobis hic non esse sermonem nisi de iis Ministris, qui per ministerium & operam suam concurrunt ad ædificationem Ecclesiæ per Verbum & Sacra menta, aut ad minimum per prædicationem Verbi, sed verò Diaconi ex Primæva Ordinatione PER SE ac primo tale nihil agebant, sed erant constituti ad Oeconomiam & distributionem Eleemosynæ, & sic ad sublevandam pauperum corporalem necessitatem, quo respectu non dicuntur PROPRIE Ecclesiæ Ministri, sed MENSÆ. Act. 6. v. 2. Deinde cum sint instituti ab Apostolis eo rerum Ecclesiæ Statu & occasione singulari, quæ jam in præsenti Ecclesiæ regimine ac statu Oeconomia pro rorsus expiravit, cessante usu Agaparum & Communione illa primæva Bonorum, facta aliunde provisione ad sustendandos Ecclesiæ Ministros, ideoque munus quoque illud prout tum formaliter erat cessavit. Interim non negamus, quod etiam Diaconi quandoque, ex peculiari videlicet impulsu Spiritus S. prædicaverint Verbum aut administraverint Sacra menta, quanquam hoc ad eorum munus ac officium ex Institutione Apostolica non ita pertinuerit: Sic in Actis Apostolicis cap. 6. legimus, Stephanum prædicasse Evangelium, & Philippum baptizasse Eunuchum, cum uteque tantum Diaconus ex designa-

signatione Ecclesiæ esset. Verum hæc extraordinaria sunt, & Spiritui S. transcribenda.

Ex dictis promptum est colligere, quid de variis illis Ordinibus, quos sequentibus temporibus Ecclesia introduxit, sit sentiendum, nempe quod Deum Authorem primum non habeant, sive quod non sint Iuris Divini, ita ut jus Divinum laderetur, si non admittentur ab Ecclesia, sed Originem esse ab Authoritate Humana, quæ Potestatem non habet, obligandi Conscientias PER SE.

### PROPOSITIO. II.

*An distinctus sit ordo Presbyterorum & Episcoporum JURE DIVINO, & an hi illi sint ex eodem jure superiores.*

#### SUMMA.

1. Via sternitur ad solutionem hujus Nodi.
2. Monstratur, qua fuerit praxis Apostolica. nempe
3. Quod per Civitates ab Apostolis fuerint instituta Collegia Presbyterorum.
4. Quod in talibus Collegiis fuerit quidem Ordo, sed non Prelatio stricte talis.
5. Quod sensim mutatio facta, ut primo Presbyterorum imponoretur nomen Episcopi καὶ ἐπίσκοπος.
6. Monstratur ex dictis Scriptura, quod style Spiritus S. Presbyter & Episcopus sint unum & Idem.

**I**N antecedentibus diximus de Ministerio in Ecclesia N. T. Extra-Ordinario & Ordinario ; sed de hoc posteriori leviter tantum & paucis lineis, nunc progradimur & ante omnia sub examen vocamus vexatissimam illam quæstionem an Episcopatus sit Ordo quispiam Jure Divino distinctus à presbyteratu & an Jurisdictionem aliquam in eum habeat. Agitatur autem hæc controversia non tantum inter Pontificios & nostros, sed & inter Anglicanæ Ecclesiæ Episcopos Reformatos, & alios ejusdem sectæ Doctores, quos Presbyterianos appellant.

appellant. Nos missio partium studio dicemus praesente Scriptura 8. quid ex verbo D E I. intendendum sit.

Sciendum autem ante omnia ex Actis Apostolorum, quod tunc Paulus cum reliqui Apostoli Verbum D E I. in primis predicarint in majoribus urbibus, raro in vicis aut pagis, sine dubio ex instinctu quodam divino, ut in locis populosis magis cresceret & se multiplicaret Evangelium, hinc etiam passim mentio civitatis Romanae, Ephesinae, Philippensis, Atheniensis Corinthiacæ.

Talibus in locis crescente Christianorum multitudine praefecti statim sive Presbyteri fuere constituti ab Apostolis, ut omnia ordine procederent, & necessaria cura ad porrò plantandas tales Ecclesiæ adhiberetur. Sic Paulus Act. 14. v. 23. dicitur constituisse Presbyteros per singulas Ecclesiæ, quas in peregrinatione sua Asiatica plantaverat; dicitur autem constituisse Presbyteros non unum, sed plures in singulis Ecclesiæ, hoc est Collegium ex pluribus constans. Constat id potest ex Ecclesiæ Ephesinae Presbyterio, de quo Acto. 20. 4. 17. ubi dicitur quod Paulus Miletio ad se accersiverit Presbyteros Ecclesiæ illius.

In illo Presbyterorum Collegio ordo quidam fuit, ut unus diceretur Primus alias secundus, alias tertius; ubi tamen nulla Praelatio aut prærogativa alia fuit quam Ordinis, & qualiscunque Honoris. Re ipsa par omnium erat conditio & Status. Decedenti primo, succedebat secundus sine interventu novæ alicujus Electionis, ob paritatem omnium inter S; Et haec succedendi ratio locum habuit ab ascensione Christi in Cœlum ultra 150. annos; Mutata est postea ea Constitutio Apostolica, & introducta fuit Electio, ita ut penes Presbyterorum Collegium esset constituere & legere ex suo ordine pro Primo quem vellent, laudabiliter videbatur primo instituto, eò videlicet, quod in Electione & suffragiis talibus non ætas tantum, & cæcus quidam ordo, ubi sæpe etiam indignus prævalere potuit, sed merita respicerentur; Accessit ad mutationem hanc, quod etiam electo isti primo Presbytero nomen fuerit mutatum, dictus enim non amplius Presbyter, sed quasi καθ οχη Episcopus.

Cernimus inde, quid Juris DIVINI sit in hac materia, & quid HUMANI. Jure scilicet Divino Synonyma sunt presbyter &

**E**piscopus, nihilque est inter ipsos differentia. Quicquid est discriminis à JURE procedit HUMANO. Probatur assertio, quis in Scriptura S. hæc duo nomina promiscue & sine discrimine usurpantur ut in Actis cap. 20. v. 28. Ubi Ephesinæ Ecclesiæ Presbyteri dicuntur à Spiritu S. constituti illius Ecclesiæ Episcopi; Attendite, dicitur vobis & universo gregi in quo vos Spiritus S. posuit EPISCOPOS, unde valida est conclusio,

Quoscunque Spiritus S. posuit Episcopos ad regendam Ecclesiam, & ad attendendum gregi illi ipsi veri nominis ac propriè dicti sunt Episcopi dicendi: neque enim aliud munus Episcopis assignant ii, qui tantopere pro iis pugnant ipsosque Hierarchas consti-tuunt. At juxta infallibile testimonium Pauli, Spiritus S. omnes Presbyteros cujuscunque civitatis, v. gr. Ephesinæ posuit Episcopos, ut regerent Ecclesiam & attenderent gregi, ad Presbyteros enim seu majores natu Ecclesiæ Ephesinæ verba faciens, loco cit. Act. 20. ait. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Ex Pauli itaque testimonio, quod longè maius est omni humano, cujuscunque Civitatis presbyteri ve-rum nominis ac propriè dicti Episcopi censendi sunt.

Porrò; locus est expressus in 1. Tim. 4. v. 14. ubi Paulus ad Timotheum ait: *Noti negligere gratiam, qua in Te est, qua data est Tibi per Prophetiam, Cum IMPPOSITIONE MANUM PRESBYTERI. Sive enim per presbyterium presbyterorum Collegium, sive presbyterale munus intelligatur, argumentum manet firmum, & colligi potest invictè hunc in modum. Ad quæcunque cœtum spectat Ordinatio Episcopi, ille ipse omni titulo & Jure pertinet ad ordinem Episcopalem; nemo enim aliquid dare potest, quod non habet vel in Gradu Eminentiori, vel formaliter, aut ad minimum virtualiter. At vero ad presbyterium, seu presbyterorum cœtum spectat & pertinet vi dicti Apostolici ordinatio Episcopalis: Itaque necesse est, ut presbyterium, seu presbyterorum cœtus sit verè Episcopalis.*

Ulterius, quæcunque gratia per impositionem manuum Timo-theo, quem inter Episcopos fuisse, Episcopalis præminentiae Patroni viribus omnibus contendunt, quæ inquam gratia illi collata est, illa ipsa est verè Episcopalis: Jam subsuntur, presbyterium, seu pres-byteri munus est gratia per impositionem manuum Timotheo colla-ta; Et

ta; Ergo presbyterium, seu presbyteri munus est gratia Episcopalis. Nec dissentire potest vi veritatis dictus Diaconis Cancell. Estius in Com. ad hunc loc. inquiens Presbyterium hic vocat Paulus, certum seu Collegium Presbyterorum; ita tam non juxta consuetudinem Scripturae NOMINE PRESBYTERORUM ETIAM EPISCOPORUM comprehendatur. Nam de illis Apostolum loquitur consuebat.

Idem etiam recte concludit ex 1. Tim. 2. v. 2. ubi Paulus dicit oportet Episcopum esse irreprehensibilem &c. in quibus verbis nullam mentionem facit Presbyteri, ex nulla alia ratione, quam quod sub Episcopi nomine etiam Presbyterum intellectum volebat, & pro uno eodemque habebat. Quod si enim aliis tum fuisset Episcopus, aliis presbyter tauquam distincti realiter Ordines, consequens sane foret, quod Paulus presbyterum non omisisset, sed adjecisset, ut inteligeret, eosdem mores eandem pietatem in ipso quoque requiri. Vel si alia aut pauciora requiri in eo voluisset, id procul dubio monuisset, ne in aliqua parte officio suo deesse videretur.

Tertio, Petrus sine dubio fuit Episcopus, quin Episcoporum Episcopus, Princeps, si Pontificiis credimus, (quamvis Clemens Rom. Episcopus Jacobo hunc titulum largiatur in Ep. 1. his verbis Clemens Jacobo fratri Domini & Episcopo Episcoporum regenti Hebreorum Sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias quæ ubique fundatae sunt.) Et nihilominus Petrus se vocat Presbyterum, 1. Petr. 5. v. 1. ac Presbyteros vocat Episcopos v. 2. sic & Apostolus Johannes se vocat Presbyterum, qui tamen ex omnium confessione fuit Episcopus. Synonyma itaque nomina stylo Scripturæ fuere presbyter & Episcopus.

Sed dicunt illi qui Episcoporum partes & prærogativam tueruntur in Angliâ, Primò, se non negare, quod ab Apostolis primitus fuerit Presbyterorum Collegium constitutum, per quod Ecclesia fuerit gubernata; verum inquiunt hanc Apostolicam constitutionem brevi admodum tempore durasse crescentibus videlicet dissidiis inter Presbyteros, cum alii dicerent ego sum Pauli, alii ego sum Apollo, alii ego sum Cephæ, 1. Cor. 1.v. 12. Pro remedio itaque contra scissuras & factiones tales fuisse, ut unus aliquis eminaret, penes quem cura esset ac potestas gubernandi Ecclesiam commissam.

Confirmant hoc ex eo, quod Apostolus Paulus Timothicum Ec-

clēsīz Ephesinā in qua jam plures erant Presbyteri, p̄p̄osuerit, & Titum in Creta reliquerit ad constituendos πειθούτες καὶ πληράκους, p̄ceperitque Timotheo, ne accusationem reciperet aduersus Presbyterum, nisi sub duobus aut tribus testibus, Canones etiam utriusque p̄scripscerit, quales esse debeant tum Presbyteri tum Diaconi in Clerum assumendi, p̄ceperit Tito ἀνυπλάκτους ἐπιστολάς, & peccantes ἀτέχαντα μηδὲ τίκτες ἐπιτελεῖν, hominem hæreticum παρεγενέσθαι post unam atque alteram admonitionem, quæ omnia pertineant ad Episcopos in quantum prærogativam habeant & Authoritatem supra Presbyteros, & sic aliquam Jurisdictionem & potestatem.

Secundo confirmant id, quia in Apocalypsi Angeli vocentur Pastores septem Ecclesiarum, eorumque nonnulli redarguuntur à Christo, quod quædam in suis Ecclesiis perperam fierent, quæ redargutio justa non esset, si non uai alicui tanquam præposito Ecclesiæ potestas illa competoret mala Ecclesiam fœdantia corrigendi & reprimendi. Proinde Angelum illum Ecclesiæ suæ Episcopum fuisse, & singularem in eam & Presbyterib⁹ Jurisdictionem habuisse.

Tenique ipsum Hieronymum, qui tamen communiter pro æ qualitate presbyteri & Episcopi certare videtur, in partes suas trahere annuntuntur. Quando enim ille in Comm. ad cap. 1. Ep. ad Tit. ait: Antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego sum Cephæ, ego Apollo, communī Presbyterorum Confilio Ecclesiæ regebantur; Postquam verò unusquisque eos quos baptizaverat suos putabat esse, non Christi, in toto Orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur, cæteris ad quem Ecclesiæ cura pertineret, & Schismatum semina tollerentur. Ex his verbis concludunt, quod quia Schismata illa & voces Schismaticæ tempore Apostolorum fuerint auditæ, ideoque ut obviam iretur malo Apostolos hoc remedium statuisse, ut videbiceretur unus cæteris in Ecclesia præponeretur, qui Jurisdictionem in Clerum & Ecclesiam haberet.

Verum enim verò utut hæc speciosè dicantur, non tamen ita firmata sunt, ut solvi non queant. Ad primum ergo dicitur, quod argumentum procedat ab Extraordinario ad Ordinarium modum, & sic nihil inferri. Licet Titus & Timotheus fuerint à Paulo constituti extra Ordinem, ut Ecclesias illas ordinarent, non tamen sequitur, quod id ha-

id habuerint Jure Ordinario, Exemplo res illustrari potest, in Civili Politia & gubernatione, ubi præter & supra Magistratus ordinarios, quibus commissum est regimē & gubernatio in oppida vel provincias, sæpe constituitur aliquis ad tempus cum majore & eminētione potestate, *τιμὴ λαϊκὴ διορθωτὴ* uti de Tito loquitur Paulus. Si quid ergo illi habuerunt Authoritatis & prærogativæ supra reliquos Ecclesiæ Presbyteros, id non habuerunt ex Jure Ordinario, utque illud perpetuum esset in Ecclesia, sed habuerunt tanquam Evangelistæ, sive speciales & singulares Apostoli Pauli Ministri, à quo huc & illuc mittebantur extra ordinem ad Ecclesiæ Statum conformiter constituendum, donec rebus Ecclesiæ benè constitutis, postmodum Communi Presbyterorum consilio regrent, Ecclesiæ.

Ad secundum dicitur, Angeli appellationem commode posse tribui *Illi*, qui primus erat in Ordine & honore Presbyterorum, illi enim præcipua cura & *imperium* in Ecclesiæ incumbebat; Unde etiam illi virtus potuit, aut etiam in laudem ejus dici, quicquid benè aut male in Ecclesia gestum erat: *Nisi forte demonstrari possit id factum esse ex contumacia compressbyterorum Consilii ejus & sententiae obnitentium. Quo tamen in casu potuit Christus Ecclesiæ Pergamensis & Tyatirensis Presbyterum increpare, quod eorum quisque non fatus se fortem & magnamimum præstisset, ut ex Ecclesiæ tollerentur ii, qui Idolothyta & fornicationem, licita esset prædicabant.*

Ad tertium quod ex Hieronymo objicitur vires non habet, Non enim sensus ejus est, quod Paulus constituerit Episcopos supra Presbyteros, sed quod progressu temporis id fuerit institutum consentiente toto orbo. Cur enim non sic potius locutus fuisset Hieronymus. Cum vidisset Paulus Diaboli instinctu etiam se vivente studia & factiones in re Religionis esse factas, ac jam fuisse in Ecclesiæ qui dicerent, ego sum Pauli ego sum Cephae &c. constituit ipsum anum à se electum, qui cæteris superponeretur Presbyteris jussitque ut idem in posterum in toto orbe servaretur: Sic sane Hieronymus loqui debuisset, si Episcopos evehere voluisset: Verba itaque illa ego sum Pauli, ego sum Cepha, licet dicta sint Corinthi vivente Paulo, & in partes voluerit abire Ecclesiæ Corpus, non tamen exinde concludi potest, quod temporibus Pauli toto orbe decretum fuerit,

ut unus Presbyteris præponeretur, sub titulo Episcopi, & qui Jurisdictionem in Presbyteros haberet: Neque enim ait Hieronymus, simulac Corinthi dictum fuit, Ego sum Pauli &c. toto Orbe Decretum esse, &c. sed quum dictum est in populis, hoc est, postquam alii passim Corinthiorum exemplo dementati, in partes discripti sunt, quod ante centesimum quinquagesimum annum post Christum natum Idonee vix quisquam probaverit factum esse.

Ex dictis patet 10. Quid sentiendum de illa præminentia & Potestate quam non prætendit tantum, sed quotidie etiam exercet Episcopus Romanus supra totam Ecclesiam, quam nullo Jure Divino aut Apostolico nitatur ejus ὑπεροχὴ; & quod si ad tempora primævæ simplicitatis vellet respicere Monarcha ille Universalis nihil aliud illi relinquatur quam Cura Ecclesiæ per prædicationem Verbi & Sacramentorum administratio, atque usum legitimum Clavis ligantis & solventis, quæ fuerunt munia & officia Presbyterorum & Episcoporum omnium temporibus N. Testamenti.

Patet Secundo. Quam iniquum & brutale fuerit fulmen Concilii Tridentini contra illos qui paritatem Episcopatus & Presbyteratus defendunt JURE DIVINO, quando Patres illi Capitolini ita pronunciant, Sess. 23. cap. 4. Sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc Hieraticum Ordinem præcipue pertinere, & positos sicut Apostolus ait, à Spiritu S. regere Ecclesiam DEI, eosque Presbyteris superiores esse.

Et Can. 1. Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, Anathema sit. Nempe ex his ipsis Anathematibus constat, quantum degeneraverint Episcopi in Regno Papatus à primo fine, quin & pietate, ille enim fuit schismata tollere, Ecclesiam in tranquillitate & pace conservare, saluti Communi prospicere, Curam Animarum habere, legitime uti potestate clavium; Jam vero quid est potestas Episcopi Romani aliud, quam mera tyrannis, ubi non Presbyteri tantum, sed & reliqui Episcopi & Archi-Episcopi Nutum Imperia & voluntatem unius Coeca quadam obedientia observare tenentur.

Sed videamus quid circa hoc punctum, primitiva Ecclesia, & quid cordatores his Postremis temporibus senserint.

P A.

## PATRUM TESTIMONIA.

Sit autem inter primos Johannis Evangelistæ Discipulus Polycarpus qui in Epistol. ad Philipp. apud Euseb. libr. 4. cap. 15. Subiecti inquit, estote Presbyteris & Diaconis, sicut & DEO & Christo, cum Virgines in culpata & casta Conscientia gradientes: Presbyteri autem sunt facilis ad compatiendum affectu prædicti: In tota ista Epistola ne nil invenitur, quo vel per minimam conjecturam concludi posset Presbyterum distinctum & inferiorem quendam Ordinem esse ab Episcopatu, sed potius evidens ex ea conclusio hauriri potest, Presbyteros Philippensem fraternitatem in Communione rexisse; Deinde nullius alterius gradus aut Ordinis mentio fit, quam ut in Apostolicis Epistolis Presbyterii & Diaconatus, id quod tamen necessum fuisse ex Scopo Divi Polycarpi; Ergo nullo prætextu juris exinde superioritas aliqua Ordinis Episcopatis supra Presbyterium colligi debet.

Neque habet aliquid solidi, quod opponat Natalis Alexander, Audax alias defensor & impudens Episcopalis Supereminentis Dignitatis, ait enim & fatetur expressis terminis pag. m. 63. *Presbyterorum nomine etiam Episcopi à S. Polycarpo significari; Quia utriusque Ordinis commune erat illa etate Presbyteri & Episcopi nomen.* Stylo videlicet Scripturarum S. & Apostolorum: Non autem nomen tum temporis hoc est in primordio Ecclesiae Commune fuisse sed etiam rem significatam, facile patere potest, cumprobabile nullo modo sit, Apostolos *Aequivocationibus Orbi & Christianismo nascenti illudere voluisse.*

Producimus secundo Ignatium in Epistola ad Magnesios, qui ipse licet à nobis non habeatur pro eo, pro quo ab Ordinis Episcopalis defensoribus, & Pontificiis Doctoribus habetur, videlicet pro Ignatio Martyre, tamen ut eo firmius καὶ ἀριστόν sit Argumentum & Testimonium, non abs re erit, ipsummet audire: Ille autem in citata Epistola ad Mag. expressis verbis fatetur, νεκρὴν illam esse Ιάζη Novellam Ordinationem, quæ Episcopum presbyteris præponeret; Deinde Presbyterium dicit esse μέντος τῷ Χριστῷ, eo quod ab Institutione & voluntate Christi originem suam habeat. Ex in Magnesiis multis verbis persuadere conatur, ut Episcopum recens destinatum benevolē recipient, & omnem ei honorem ac reverentiam exhibeant

hibeant licet ætate sit junior ; Antecedenter autem Sotioni Dracōno blanditur ; quod se submiserit Episcopo , *οι χάρηι Θεοι* , & Presbyterio ut à Christo instituto . Καὶ τὸ σωδόλον με Σωκράτη , εἰ γὰρ ἐποίησεν , δὲν θητούσεται τοῦ θητούσεται οι χάρηι Θεοι , καὶ πεισθεῖται αἱ θητούσεται Ιησοῦς Χριστός . Et Sotionis Conservi mei , qui mihi gratias est esse no-  
mine Θεοῦ accepimus , quod subjicitur Episcopo , ut gratia Dei , & presbyte-  
rio ut Instituto Christi .

In his verbis nullam affert aliam rationem , qua probaret iste Ignatius qualiscunque demum fuerit , Episcopos supra presbyteros emi-  
nere , quam quod asserit , illos gratia Dei in illum locum ascendisse ;  
non poterat negare , quod omnes tunc sciebant , presbyteros à Christo  
per Apostolos institutos fuisse ; verum ut novam hanc institutionem  
Episcopi presbyteris superponendi Deo etiam placere ostenderet ,  
summo ejus beneficio & gratiae acceptam eam ferendam esse affir-  
mat ; pergit porro & sic loquitur ; καὶ ὅμηρός πέπειται μὴ συγχωρέοντα  
τῇ πλειᾷ τῷ θητούσεται αἴτιᾳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ πατέρος πάσαις ἐντεστα-  
τοῖς αἰτούσεσσιν , καθὼς λύγει καὶ τὸς αἵρετος πεισθεῖτερος , εἰ περιενήκριτες  
τὸν φανημένον νεανικὸν ταῦτα , αἴτιος φεούμενος εἰ Θεοῦ συγχωρέοντας  
είστε . h. c. Et vos quidem decet non nimium familiariter uti , ætate  
Episcopi , sed secundum virtutem Dei Patris omnem ei reveren-  
tiam exhibere , sicut cognovi presbyteros , non accipientes eam , licet  
NOVA videtur INSTITUTIONEM , sed tanquam prudentes in  
Deo cedentes ipsi .

In his verbis Ignatius iste commendare vult plebi Magnesiae no-  
vum suum Episcopum , & desiderat , ut non nimis familiariter cum  
illo agant , quod videatur ætatis adhuc juvenilis , sed ut cum reveren-  
tia cum eo versentur . Postmodum ad Presbyteros transit , quibus ,  
quia molestum videri poterat , hominem novitium & immaturum an-  
nis sibi præsuppositam hacere , alia via satisfacere sat agit , petitque  
ut tanquam in Deo prudentes viri , honorem ei deferrent , & pri-  
mas concederent . Non enim ipsi tantum hunc honorem habituros ,  
sed & Deo patri Iesu Christi .

Ad hoc testimonium reponit *Natalis Alexander* , Episcopatum  
quidem , ut Presbyteratu superior est , tunc NOVELLAM  
INSTITUTIONEM fuisse , cum S. Ignatius ad Martyrium ducere-  
tur . Sed cum id intra 75. annos post resurrectionem Christi conti-  
gerit ,

gerit, nihil obstat quin fuerit ex Christi Institutione, & tamē poterit dici recens.

Producimus tertio Hieronymum qui in hac materia est instar omnium, & in Epist. 85. ad Evagrium ita ait: *Audio quendam inventam erupisse recordiam, ut Diaconos presbyteris, id est, Episcopis anterferret. Nam cum Apostolus perspicue doceat, eosdem esse presbyteros, quos & Episcopos: quis patiatur ut mensarum & viduarum minister, superacos secundus efferaat, ad quorum preces Christi corpus sanguinem, conficitur? Queris Auctoritatem? Audi testimonium. Paulus & Timotheus, servi Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconis. Vnde & aliud exemplum? In Actibus Apostolorum ad unius Ecclesie Sacerdotes ita Paulus loquitur: Attende vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, ut regeretis Ecclesiam Domini, quam acquisivit saevitudo suo. Ac ne quis contentiose in una Ecclesia plures Episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimonium, in quo manifestissime comprobatur, eundem esse Episcopum ac Presbyterum. Proprius hoc reliquie in Creta, ut, que deerant, corrigeres, & constitueres Presbyteros per civitates, sicut & ego mandavi. Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habeat fideles, non in accusatione luxuria, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimen esse, quasi Dei dispensatorem. Et ad Timotheum, Noli negligere gratias, qua in te est, qua tibi data est per Prophetam per impositionem manum Presbyterii. Sed & Petrus in prima Epistola. Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter & testis passionum Christi, & futura gloria, qua revelanda est, participes, regite gregem Christi, & inspicite non ex necessitate, sed voluntarie juxta Deum.*

*Quod quidem Graecē significantius dicitur, Εμονοπύτες, id est, Superintendentes, unde & nomen Episcopi tractum est. Parva tibi videatur tantiorum virorum testimonia. Clangat tuba Evangelica, filius tonitruis, quem Jesus plarimum amavit, qui de peccatore Salvatoris doctrinam fluentia potavit. Presbyter electa Domina, & filius ejus, quos ego in veritate diligo. Quod autem postea unus electus est, qui catenis preponeretur, in Schismatis remedium factum est, ne uniusquisque ad se trahens Ecclesiam rumperet. Nam & à Marco Evangelista Alexandria suā ad Heracliam & Dionysium Episcopos Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant, quomodo si*

*exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industrium moverint, & Archi-Diaconum vocent. Quid enim facit excepta Ordinatione Episcopi, quod Presbyter non faciat? &c.*

Et postea: *Presbyter & Episcopus, aliud etatis, aliud dignitatis est nomen. Unde & ad Titum & ad Timotheum de Ordinatione Episcopi & Diaconi dicitur, de Presbyteris omnino reticetur, quia in Episcopo & Presbyter continetur.*

Lyranus in cap. 3. prioris ad Timoth. Dicunt alii, quod per Episcoporum intelligit Sacerdotium, quod est etiam officium intendendi salutis populi sibi commissi, quod immediatè post agit de statu Diaconi, ut patet in litera, & non est verisimile, quod scribendo de statu Episcopi statim transiret ad statum Diaconi, Sacerdotio pratermisso.

Idem in cap. 1. Epist. ad Tit. Sciendum, quod Apostolus sub nomine Presbyterorum intelligit etiam Episcopos, & è converso sub nomine Episcoporum intelligit Presbyteros, sicut dictum fuit plenius suprà. 1. Tim. 3.

Marsilius Patavinus in Defensore Pacis part. 2. cap. 15. Debet vos non latere, quod haec nomina Presbyter & Episcopus in primitiva Ecclesia fuerunt Synonyma, quamvis à diversis proprietatibus eidem imposita fuerint. Nam Presbyter ab etate nomen impositum est, quasi Superintendens. Unde Hieron. in Epistola quadam ad Evagrium Presbyterum, que intitulari solet: Qualiter Presbyter & Episcopus aliud etatis, aliud dignitatis est nomen. Unde ad Titum & ad Timotheum de Ordinatione Episcopi & Diaconi dicitur, de Presbyteris omnino reticetur, quia in Episcopo Presbyter continetur. Hoc etiam manifestè apparet per Apostolum ad Philippienses primo, cum dixit: Omnibus Sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippi, cum Episcopis & Diaconis. Ecce, quod Sacerdotes non aliter nominavit, quam Episcopos. Certum enim est, quod Episcopi plures in unica civitate non aliter erant, nisi quia plures Sacerdotes. Idem rursum palam per eundem ad Titum primo, cum dixit: Huius rei gratia reliqui in Creta, ut ea, que desunt, corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, sicut ego disposui tibi. Si quis est sine crimen. Et immediate subiungens constitendorum Presbyterorum qualitatem, ait. Oportet enim Episcopum esse sine crimen, sicut Dei dispensatorem. Ecce, quod constitendum Presbyterum non nisi Episcopum vocavit. &c. &c.

PRO-

## PROPOSITIO III.

*Quafuerit origo Primatus Episcopalis*

## SUMMA.

1. Via sternitur ad questionis enodationem.
2. Producitur Sententia Hugonis Grotii.
3. Hieronymus ad testimonium vocatur.
4. Afferitur, quod tota prerogativa Episcopalis, sit ex Jure Humanō.
5. Sicne & eminentia Metropolitanorum & Patriarcharum.
6. Explicatur ex Antiquitate, quid fuerit Episcopus Catholicus, & Oecumenicus.

**E**piscopos & Presbyteros ex primævā & Apostolicā constitutione unam eandemque habuisse functionem, unumque fuisse ordinem, re ipsa non distinctum, licet nomine, ex antedictis audivimus. Videamus jam quænam fuerit vel ratio vel causa movens Ecclesiam ad deferendam istam constitutionem Apostolicam, & introducendam novam.

Celeberrimus Hugo Grotius hic prorsus à nobis abit, & peculiarem commentus est sententiam in speciosō tract. de *Imperio Summ. Pontif. circa Sacra*, putat enim, quod quia apud Gentes gradus fuerint Sacerdotum, uti apud Græcos teste Thucydide; item in veteri Druidum disciplinā, afferente id Cæsare; apud Cattos, authore Strabone; Apud veteres Burgundiones, notante Marcellino; Distinctionem hanc Graduum ex Jure Naturæ descendere. Verū insinuat decipitur Vir aliâs Magnus, neque enim necessum fuit, ut Christus vel Apostoli Statu Ecclesiastici normam caperent ex fallaci officinā & republicā Diaboli. Quid enim Sacerdotes & Pontifices illi Maximi fuerunt, nisi cultores Dæmonum, nec statim est Juris Naturæ id, cuius exempla apud Gentes dantur. Magis plausibile vi-deri posset illud, quando afferit, Deum ipsum hunc morem præsciendi unum summum Sacerdotibus aliis per nomothesiam in Ecclesia & Republicā Judaicā probasse & constituisse; Fallitur tamen etiam in isto; nam alia tempora, alii homines, alia Respublica aliud quoque Regimen postulant, mutatoque, ex toto Sacerdotio necesse

sum quoque fuit, aliam legem & ordinem poni, ut ita potius contrarium exinde pateat. Deinde sumnius Pontifex in Veteri Testamento non fuit Typus Episcoporum novi Testamenti, ille enim unus fuit, hi verò quam plurimi, sed fuit Typus & Umbra Christi, ut dilucidè hoc ex ponit Paulus in Epistola ad Hebreos.

Aliam longè originem Gradus illius describit suprà citatus Hieronymus in Epist. ad Tit. inquiens, *Antequam Diaboli insinuatio in religione fierent & dicoretur, Ego sum Pauli, ego sum Cepha, ego vero Apollinis, Communi Presbyterorum consilio regebantur Ecclesia. Postquam vero uniuersusque eos, quos baptizaverat, suos esse portabat, nos Christi, in totô Orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem Ecclesia cura pertineret, & schismatum semina tollerentur.* Causam itaque immutati ordinis ab Apostolis constituti & primatus Episcopalis Hieronymus ait esse dissidia & Schismata Presbyterorum inter se, quæ non potuerunt viventibus adhuc Apostolis esse tam frequentia, ut propterea illi moti fuerint ad evertendum primum ordinem à se constitutum.

Alli hanc Causam ponunt, quod quia in primitus constituto Presbyterio semper fuerit quædam Successio, ita ut decedente primo secundus ejus locum tenuerit, uti in antecedentibus quoque tetigimus, & verò lapsu temporis & post æstatem Apostolicam sæpe etiam indigni primatum in Collegio Presbyteriali obtinuerint, ideoque prospectum ab Ecclesiâ, ut unus sublatâ successione ex Collegio eligeretur, qui titulum gereret Episcopi & Presbyteris præcesset, haberetque solus ordinandi Clericos potestatem: Et hæc ratio cum Hieronymiana amicè stare potest.

Cæterum hæc nova ἔξοχη Episcopo collata viam statim paravit, ut Episcopatus distingueretur à Presbyteratu, & haberentur tanquam duo realiter diversi Ordines: mox enim constituti fuerunt plures in eadem provinciâ Episcopi, singuli in singulis oppidis, decretumque, ut Episcopus non amplius à Sympresbyteris suis consecraretur; magis Humano Consilio, quam dispositionis Dominicæ Veritate, ut, loquitur sæpe citatus Hieronymus. Neque hic substitut humana illa prudentia, sed ex iisdem, quibus anteà motivis, æqualitas inter Presbyteros sublata est, consultum visum æqualitatem etiam Episcoporum abrogare, ne scilicet etiam hoc modò schismata, turbæ & dissen-  
sio-

sensiones in Republicā Ecclesiastica orirentur ; facta itaq; talis constitutio, ut inter plures in eādem provinciā unus emineret, & esset primus Episcopus , quomodo inter plures presbyteros unus in primā & Apostolica ordinatione erat primus Presbyter , sicque in novo isto Episcoporum ordine suus quoque PRIMATUS ortus est.

Hic verò Primatus non conferebatur ex Receptionis aut Ordinationis Prioritate , ita ut qui prior erat in ordinem Episcoporum suscepimus , alium posteriorem antecederet, quemadmodum id primo in usu erat apud Presbyteros, neque etiam primariō & per se meritum respiciebatur , uti factum in primis Episcopis constituendis, neque tertio fundatores talium Ecclesiarum momenti quicquam afferebant, alias enim non prælata fuisset Alexandria Antiochiæ , non utraque Hierosolymis, non denique Corinthus , Ephesus , Philippis , quas Ecclesias Apostolicas fuisse certum est , Alexandriæ ipsi cessissent, sed civitatis magnitudo & Dignitas pondus omne & Primum conferebat , nempe PRIMA Provinciæ Civitas primatum quoque tribuebat. Atque exinde etiam Metropolitanæ dicti sunt illi Episcopi , quia in Metropoli Provinciæ residencebant. In Occidente appellati fuerunt Archi-Episcopi , & initio quidem nudum Ordinis & honoris primatum habebant primi illi provinciarum Episcopi , non verò , Jus , Imperium aut Dominationem in alios Episcopos ; Cujus rei nullum evidentius argumentum est , quam quod Cyprianus Africæ Episcopus Romanum Antistitem Cornelium per omnes Epistolæ fratrem & Collegam appellat ; Liberè etiam illum carpit & accusat , quod literas ab Hæreticis Africæ voluerit accipere minis eorum commotus. Quin & in Epistolâ ad Antonianum scribit , Cornelium in eandem secum sententiam consensisse in causâ de lapsis recipiendis : Verba sunt . *Ac si minus sufficiens Episcoporum in Africâ numerus videbatur , etiam Romanum super hanc re scriptissimus ad CORNELIUM COLLEGAM nostrum , qui & ipse cum plurimis Episcopis habitâ Concilio in eandem nobiscum sententiam PARI GRAVITATE & salubri MODERATIONE consenit.*

Sed non multò post ad istum honoris titulum additum quoque est duplex Jus , primò consecrandorum Episcoporum , sic ut primus Provinciæ Episcopus sive Metropolitanus talis ordinaret omnes suæ Provinciæ Episcopos , qui tamen antea à suis Coepiscopis erant or-

dinati & consecrati: Secundò constitutum est, ut totius Provinciae curam in rebus Ecclesiasticis susciperet, & negotia incidentia expediret, penè ad modum & modulum civilium administrationum. Licet verò hæ INNOVATIONES primitus tantum quasi per quandam consuetudinem irrepserint in Ecclesiam, firmatæ tamen fuerunt postea per Concilium Nicœnum primum Oecumenicum, sic ut in regulam & Justransirent.

Supra istos Archi-Episcopos & Metropolitas postmodum iterum alii collocati fuerunt, sed post Concilium Nicœnum, nempe Patriarchæ, Romanus nempe; Antiochenus, Alexandrinus & Constantinopolitanus, quibus postmodum etiam additus fuit Hierosolymitanus in memoriam urbis, quæ tum *Ælia* vocabatur, quoniam *Ælius Adrianus* ipsam denuò instauraverat; quanquam ista dignitas non diu remanserit apud eam.

Reperitur & alijs titulus apud Scriptores Antiquos, videlicet *Catholici*, qui Episcopis quibusdam tribuebatur: sic Persarum Episcopus appellatus est antiquitus, ita etiam Armenius, ut observat doctissimus Salmasius, ubi lis est, quid per eum prærogativæ acceperint isti Episcopi. Quidam ipsum confundunt, cum Oecumenico, de quo mox, alii dicunt, quod ad omnes etiam inferioris ordines pertinuerit; sed verius videtur, quod Catholici nomen minus quid importet quam oecumenici, nec tam latè extendatur: Licet enim notet idem ac universale, ut Tertullianus quoque explicat; tamen quando Episcopis illa vox tributa est, nihil aliud notabat, quam quod habeant supremam & universalem Episcopiam in suis diœcesibus, quique adeò Archi-Episcopatum suum in solidum tenebant, neq; cogebantur, alteri rationem reddere nisi soli D e o. Confirmat hoc Canon trigeminus quarrus Arabicus, quem citat modo laudatus Salmasius, de Seleucia Metropolitano loquens: *Sit preterea honorandus, qui tenet sedem Selencia, quæ est in Provincia Orientali, qui debeat etiam appellari nomine CATHOLICI, sitq; obediendum ei, & possit is ordinare Archi-Episcopos, sicut faciunt Patriarchæ.* Ex quo intelligitur Patriarcham & Catholicum ejusdem dignitatis fuisse nomina.

Superest ultimus sive summus titulus videlicet Oecumenicus; quem tandem sibi arrogarunt Constantinopolitanus & Romanus Patriarcha: Erant duæ regnantes in Oriente & Occidente Urbes Constanti-

stantinopolis & Roma, dicta utraque oīrēpōn Metropolis & Caput Imperii. Æmula utraque in primis etiam quoad regimen Ecclesiasticum; Prior tamen Constantinopolitanus assunxit nōmen Oecumenici quam Romanus, ut constat ex literis Gregorii, ad Johannem Patriarcham Constantinopolitanum, ubi præcursorum illum Antichristi appellat, qui se vocet Episcopum Oecumenicum. Hoc tamen non obstante successores Gregorii istum titulum, in primis autem rem anxiè quæsiverunt, & à Phoca etiam impetrarunt; ex quo deinde universalem Monarcham, & Dominum Ecclesiæ exculpserunt: assumto in malè causæ, subsidium loco Matth. 16. Ubi Christus Petro dicit, *Tu es Petrus, & super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam &c.* Hic enim universale dominium & regimen concedi Petro in Ecclesiam afferunt, Episcopum verò Romanum esse ejus legitimum successorem, de quo prolixius in sequentibus. H̄i sunt illi progressus graduum & Titulorum in statu Ecclesiastico; Ubi ab infimis, à Ministerio, non Duce Deo, sed Humano arbitrio imò Ambitione deuentum est ad summa, supra quæ ne ipsa quidem quantupliciter superbia progredi potest. Quæ omnia pleniū tractabuntur.

#### PROPOSITIO IV.

*An primi Episcopi Romani aliquam jurisdictionem in alios Episcopos habuerint.*

##### SUMMA.

1. *Producitur Clemens, prætensus Petri in Episcopatu Romano successor.*
2. *Otentidetur ipsum nullum prætendisse Primum, qualem Hodieñ Episcopi Romani.*
3. *Loca quadam Patrum adducuntur, in primis Clementis, Cypriani, Gregorii M. &c.*

**Q**uanquam ex dictis facile sit dijudicare, quid hic sit sentiendum; tamen quia in Causa fidei & veritatis superflua nocere non possunt videbimus, quid illi Patres & Episcopi, qui immediate Apostolis successere, circa hoc punctum senserint. Assumamus autem ante omnes Clementem, quem Baronius primum Episcoporum Romanorum & Successorem Petri appellat; Is igitur qui Antecessor Pontis

Pontificum omnium Romanorum fuit, atque adeò primus Urbis Romæ post Petrum Episcopus, scire quam maximè potuit, quin & debuit, quænam Privilegia sedi ipsius à Petro suo Ordinatore fuerint concessa: Et quid dicam de Petro Ordinatore, cum privilegia ista ab isto Deo dicantur concessa & data: Quod si ita est, sancte Jus illud divinum atq; ab ipso Deo immediatè manans silentio involvere & tumultuare non debuit; Ne posteritas insigni illo Jure defraudaretur. De illo tamen Primatu ne ullum quidem Verbum habet, in omnibus illis constitutionibus Apostolicis, quarum diversis locis Episcopi officia accuratè exequitur. Imò econtra in Epistolâ ad Jacobum fratrem domini, quem ut Hierosolymitanum Episcopum ἡγεμόνα ἡγεμόναν appellat, prærogativam illi adscribere videtur.

Idem Clemens in libro ὑπὲρ τῶν ἁγίων 6. cit. Eusebio lib. 11. cap. 1. Historiæ Ecclesiasticæ scribit, post Christi ascensionem Petrum, Jacobum, Johannem cùm inter primos habiti essent Apostolos à Christo, non tamen de gloriâ & prærogativa contendisse inter se, sed Jacobum Hierosolymorum Episcopum & Antistitem fecisse. Si Petro Primatus dignitatis & Jurisdictionis Jure suo fuisse debitus, non aliis Episcopus in ea creari debuisset.

Sed, inquiunt quidam, Cyprianum in Epist. 54. ad Cornelium Pontificem Rom. exp̄sè primatum assignare sedi Romanæ; Ita enim ejus sonant verba: Navigare audent & ad Petri Cathedram, atque ad Ecclesiam Principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est, à Schismaticis & Profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo predicante, laudata est, ad quos perfidia non possit habere accessum. Idem videtur dicere Irenæus Polycarpi Discipulus, his verbis: Ad banc Ecclesiam, sermo est de Romana, propter portionem Principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam. Vergum nihil in his verbis est, quod Primum Episcopo Romano transcribat, qualem hodiè sibi vindicat. Nam ultro concedimus, quod tum Cyprianus, tum Irenæus duas res in Cathedra Petri, sive sede Romana agnoverint, nempe Principalitatem, ή πρεσβείαν, & Fidem, sive doctrinæ puritatem, sed longè alio sensu, quam volunt Romanæ Ecclesiæ Advocati. Id quod patere potest ex iis quæ supra diximus ex Cypriano.

Secun-

Secundò *Gregorius Magnus*, & ipse Episcopus Romanus Epist. libr. 4. dissertis verbis & magno Zelo istum primatum impugnat, ut jam supra quoque tetigimus, in Johanne Episcopo Constantinopolitano, qui sibi titulum Episcopi universalis arrogaverat, ita enim in Epist. 32. ad *Mauritium Imp.* scribit: *Non solus ego, sed tota turbatur Ecclesia, quia pie leges, quia veneranda Synodi, quia ipsa Domini nostri mandata superbi & pomposi cū iudicā sermonis inventione, Episcopi videlicet UNIVERSALIS, turbantur. Sacerdotes qui in pavimento & cinere jacentes flere debuerunt, VANITATIS sibi nomina expetunt, & Novis ac PROPHANIS vocabulis gloriantur.*

Et postea; *Absit à cordibus Christianorum N O M E N illud BLASPHEMIAE; in quo omnium Sacerdotum bonos admisit, dum ab uno sibi DEMENTER arrogatur.*

Item, ille coercendus est, qui Sancta Universali Ecclesia injuriare facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui honori quoque Imperii vestri, sc̄ per PR'OFANUM VOCABULUM superponxit.

Et in Epistola 30. ad dictum *Imp. Mauricium*; *Eundem fratrem & Consacerdotem meum studiosè admonere curavi, ut si habere pacem omnium, concordiamque desiderat, à stulti vocabuli, OECUMENICI EPISCOPI, sc̄ appellatione compescat.*

Et post. *Ego autem fidenter dico, quia quisquis se UNIVERSALEM SACERDOTEM vocat, vel vocari desiderat, in Elatione sua ANTI-CHRISTUM PRÆCURRIT, quia superbiendo se cateris preponit: Nec dispari superbia ad errorem ducitur, quia sicut PERVERSUS ILLE, Deus videri vult super omnes homines, ita quisquis iste est, qui solus Sacerdos appellari appetit, super cateros Sacerdotes se extollit.*

Contra hoc tam illustre Testimonium Episcopi Romani, multa movent hodierni scriptores & adulatores sedis Romanæ, & in primis *Sanderus* in libr. 7. de Monarch. Eccl. *Cesar Baronius* ad An. 505. & alii, dicuntque, non absolute damnari à Gregorio N O M E N UNIVERSALIS Episcopi, sed tantum in Johanne Episcopo Constantinopolitano, qui eum titulum sibi vindicavit, cum tamen de Jure pertineat ad Episcopum Romanum, atque adeo ad Gregorium ipsum. Sed hoc commentum ipsa sui vanitate perit. Nam si hoc verum esset, quod in illis locis Gregorius suam causam agere voluerit, & titulum

D

Epi-

**E**piscopi Universalis sibi vindicare, absurdè admodum & imprudenter egit Magnus ille Episcopus, quod Titulum illum Episcopi Universalis absolute STULTUM, PROPHANUM, BLASPHEMUM, VANUM, PERVERSUM & SCELESTUM appellavit, cum illum sibi arrogare voluerit. Quam stulta fuisset argumentatio sapientissimi alias Episcopi; quicunque se effert supra alios Episcopos, Collegas suos, & usurpat nomen singularitatis, ac præfert se cæteris, & omnes alios sibi subjicere conatur; iste est præcursor Antichristi; At Johannes Episcopus Constantinopolitanus id facit, cum tamen hoc de Jure mihi competit, & omnes alii Episcopi mihi sint Subjecti. E.

Secundò expreſſe negat Gregorius, vel se vel ullum Antecelsum suorum hoc titulo usum fuisse, nec se uti velle, cum USU RAPATIO illius nihil sit aliud quam fidem perdere: *Essē illum titulum contra statuta Evangelica & Canonum decreta: Perecum omnium Sacerdotum honori detrahi.*

Alii aliud effugium quærunt, dicuntque universalem Episcopum dupl̄citer posse intelligi: Primo, pro eo, qui solus sit & unicus Episcopus, ita ut nulli præter ipsum Episcopi nomine vocari queant, sed alii omnes Universales Episcopi & unici sint Ministri & Vicarii. Vel sumi posse pro eo, qui non quidem unus & solus, sed tamen Præcipuus, & summus sit Episcopus inter alios inferiores, habeatque curam totius Ecclesiæ, sed Generalem, ita ut non excludat particulares Episcopos, sicut Generalis aliquis minister aut provincialis, vocatur, non qui solus sed Principalis aut Supremus sit Minister.

Verum enim verò etiam ista parum soliditatis habent: Nam primo, Episcopus Romanus, se Episcopum Universalem dicit priore sensu. Probet quicunque volet hodie Episcopus aut etiam Archi-Episcopus & PAPAM R. Collegam aut fratrem appellitet; experietur quanto intervallo à se distet Pontifex ROMAN. quam iniquè ferat Episcopus ille, si vel minimam Authoritatis partem alias Episcopos ad se trahat, & quod reliqui omnes sint Ministri imò Umbrae ancillantes. Legat qui potest vel Petri Syavis Historiam Concilii Tridentini, vel etiam Sforzæ Pallavicini, nisi coecus sit lector, deprehendet nihil relinquì aliis Episcopis præter obsequii ultimi gloriam. Neque obstat, quod Episcopi nomen retineant; Nam etiam apud Tiberium nomina Senatus eadem manserant, quæ erant in Republica Romana libera,

con-

constat autem quod ille omnes Imperii nervos ad se traxerit , relicto  
inani Libertatis nomine.

Secundo falso est , Gregorium uti voce Universalis Episcopi ,  
in primo sensu , & non potius in secundo ; Patet id ex eo , quia id ta-  
xat Gregorius , quod sibi vindicavit Episcopus Constantinopolita-  
nus Johannes , at non fuit tam immensæ superbiæ Johannes ut sibi ar-  
rogarit , se solum esse & unum Orbis Universi Episcopum ; cum  
omnes alii , qui sub ejus ditione fuerunt , semper dignitatem & titu-  
los Episcopi & Patriarchæ retinuerint , constatque satis Ipsum Jo-  
hannem titulis illis eos honorasse . Sic in Corpore Juris Græco-Ro-  
mani hæc leguntur .

JOHANNES miseracione D E I Archiepiscopus Novæ Romæ  
Constantinopolis , & Universalis Patriarcha , dilecto Domino fra-  
tri , & Comministro Sanctissimo & honoratissimo Dirrachii Metro-  
politano , itemque Religiosissimo Episcopo Diabolis ;

In quibus Verbis , quæ longè adhuc modestiora sunt , & magis  
humilia , quam hodiernorum Episcoporum Rom. se quidem no-  
minat Johannes Episcopum Universalem , sed tamen Metropolitano  
suam relinquit dignitatem ipsumque non tantum Episcopum , fra-  
trem , sed etiam συντεγμα , Comministrum .

Confirmat hoc ipsum Baronius Ann. t. 8. anno 606. inquiens ;  
Quid suo edicto contulit Phocas Imperator Ecclesiæ Romanæ ? Ni-  
hil sane , nisi quod declaravit , sua sententia , indebet usurpari ab  
Episcopo Constantinopolitano , quod Romanæ tantum deberetur  
Ecclesiæ . Itaque necessum erit , quod Romanus Episcopus eo sensu  
dicatur Universalis , quo sensu Constantinopolitanus , quem tamen  
titulum Absolutè damnat tanquam stultum , sceleratum , superbum ,  
blasphemum & prophanum .

### PROPOSITIO V.

*An ex loco Matth. 16. Tu es Petrus , & super  
hanc Petram edificabo Ecclesiam meam &c.  
possit colligi Primatus Episcopi Romani.*

## SUMMA.

1. Profertur sententia Bellarmini & Pontificiorum, qui totius viribus affirmativam tueri sat agunt.
2. Sententia negans adoptatur.
3. Probatur per rationes.
4. Testimonia primitiva Ecclesie quin & Doctorum recentiorum subjiciuntur.

**A**Ccedimus jam ad Acropolin Primatus Romani, videlicet ad dictum Matth. 16. ex quo primò Gregorius VII. Episcopus Romanus & postea Doctores Pontificii potissimas rationes pro Monarchia seu Primatu suo depromere conatis sunt; Nam quatuor puncta Cardinalia exinde elicit Cardinalis Bellarminus lib. 1. c. 10. de Rom. Pont: & sibi sumit Definitivè explicanda. Prima, *an Petrus sit illa Petra, super quam fundatur Ecclesia*. Secunda, *an esse fundamentum sit esse gubernatorem Ecclesia*. Tertia, *an Petrus sit ille, cui dantur claves*. Quarta, *an per claves intelligatur potestas plena Ecclesiam gubernandi*. Nos contovertistam illum rāla nōdā sequemur.

De primâ, inquit, quæstione quatuor sunt sententiæ; Prima Catholicorum communis, Petram illam esse Petrum, id est, illam Personam, quæ dicebatur Petrus, non tamen ut Persona erat Particularis, sed ut Pastor & Caput Ecclesiæ. Secunda est Erasmi, omnem hominem fidelem esse hanc Petram. Tertia Calvini, Petram illam esse Christum. Quarta Lutheri, fidem seu fidei-confessionem esse illam Petram.

His positis definit, primam sententiam, quæ ex textu aperte deducatur esse verissimam; eidem subscribit Maldonatus in Com. in Matth. Stapletonus, Perronius, Walenburchii in Exam. Contr. VI. num. 29. & recentiores, licet non omnes.

Quam autem vanè & citrā ullam spem victoriæ huic loco, tanquam præcipua basi fidei suæ Ecclesiam Romanam superædificant, Romanæ cathedræ promachi liquet primò ex ipsismet eorum principiis, nam communis & recepta apud ipsos est Sententia, quod Theologia Symbolica non sit argumentativa: at verò quod verba præsentis loci allegorica sint, & Metaphorica expressis terminis asserit Bellarminus, dicens cap. 10. *Sub duabus Metaphoris promissum Petrus Ecclesia Principatum, Prior Metaphora est fundamenti arg. editiæ,*

ficii, quod enim est in adificio fundamentum, id est in corpore caput, in civitate Rector, Rex in Regno, Pater familiæ in domo. Posterior est clavium, cui enim traduntur claves civitatis ille est Rex, vel certè Gubernator Civitatis. Hæc Bellarminus: Necessum itaque est Cardinali, fateri, quod hoc argumentum illius nullam vim habeat, aut tenetur alium clariorem & verbis propriis constantem locum citare & producere, in quô Petrus, Rex in Regno & Republicâ Christianâ, Caput in Corpore hōc mystico &c. vocetur.

Secundò ipse contextus & series verborum satis ostendit, Petram non dici de Petro; Ita enim habent verba: Tu es Petrus, & & super hanc Petrum ædificabo Ecclesiam meam. Ubi clarissimis verbis distinguitur Petrus à Petrâ, tum in ratione Personæ, tum in ratione generis: At hæc distinctio prorsus esset inconveniens, si de unō Petrō utrumque membrum esset intelligendum. Annon longè clarior fuisset sensus, si dictum fuisset, Tu es Petrus & super Te Petrum ædificabo Ecclesiam meam, at verò his verbis usus non est Magister veritatis, sensum itaque hunc etiam non intendit.

Huc facere potest id quod observat Casaubonus ex Grammaticorum regulis aliud esse Πέτραν & aliquid Πέτρον. Πέτρα importare rupem aut saxum χερμάδες & χερμάνη dicuntur, eo quod manus impleantur, quod laudatus Author ex Græcorum fonte Homer & Eustachio probat. Non igitur idem est Petra & Petrus. Christus est rupes, Petrus est lapillus ab illa excisus. Christus est fortitudo ipsa & πιεσθεντής. Petrus est durator, fortis, quia accipit vires à Petra.

Tertiò dicit CHRISTUS ad Simonem, non in futurō, *Tu eris Petrus, sed es Petrus;* si itaque per Petram intelligeretur Petrus, jam tum fuisset infallibilis, jam tum portæ inferorum contra illum non prævaluissent, at verò quām scđe aliquoties postea lapsus fuerit, constat satis ex Historiâ Evangelica, statim enim impegit contrâ articulum de Passione & morte Christi, qui tamen est inter fundamentales. Ter negavit Christum. Ab Apostolō Paulō reprehensus est tanquam errans, Gal. 2. v. 11. Ut fuse hoc prosequitur ipse Maimbourgius in libr. de prærog. Eccles. Rom. Ubi quatuor gravissimos lapsus Petri ex Augustino & Scripturâ deducit. Et sanè hoc posterius Infirmitatis Petrinæ Exemplum adeò tōrit Baronium, &

cathedra Romanæ fautores, ut illud vocet lapidem offensionis; Petram scandalum; Cur hoc? Quia videlicet totam Monarchiam Petrinam & Papalem evertit. Adeò scilicet Viris istis omne id scandalosum est, quicquid eorum opinionibus contradicit, licet etiam divinitus, revelatum & dictatum sit.

Quintò, quo Jure Petrus dicitur Petra & fundamentū, eodem planè Jure Apostoli omnes dici possunt Petra, & fundamentum, super quod Sancti ædificati sunt, Christo lapide angulari existente, Eph. 2.10. Nec tantum omnes collective & simul sumti, ut nonnullis placet, & recentiores reponunt, ut applicationem facere queant ad Concilium generale, sed etiam singuli fundamenta dici possunt, æquè ac Petrus: id quod planum evadere potest ex Apoc. 2.1.4. ubi Σιμέων ἀδεκα correspondunt duodecim Apostolis; nec ratio in contrarium legitima afferti potest, singuli enim æque ac Petrus nullo discrimine habito Ecclesiarum Christianarum fundamenta posuerunt per universalem, quam habuerunt, Missionem, quæ Ecclesia civitas & domus Dei dicitur. I. Tim. 3. v. 15. I. Petr. 2. v. 5. Apoc. 21. v. 10. Quomodo autem fundarint Ecclesiam obscurum esse non potest, videlicet non Magisterialiter sed Ministerialiter; ut Causæ Instrumentales, non ut Principales; quin & singuli æquè ac Petrus nullo discrimine fundarunt Ecclesiam, Universali Missione, hic enim proprius est character Apostolorum, quod nullo loco affixi, mandatum Generale accepterint à Christo, prædicandi Evangelium omni Creaturæ.

Sextò si tamen clara sunt verba illa, cur Patres fuerunt tamen cœci, qui eam claritatem non viderunt, sed per Petram vel fidem, vel Confessionem vel Christum intellexerunt. Ita enim Augustinus de verbis Domini secundum Matth. Serm. 13. Deinde addidit, & ego dico tibi: *Tanquam diceret, quia tu mihi dixisti, Tu es Christus, Filius Dei vivi, & ego dico Tibi, tu es Petrus.* Simon quippe ante vocabatur: Hoc a. nomen ei, ut Petrus vocaretur, à Domino impositum est: Et hoo, ut ea figura significaret Ecclesiam: *Quia enim Christus Petra, Petrus populus Christianus.* Petra enim principale nomen est: Ideò Petrus à Petrā, non Petra à Petro: Quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu ergo, inquis, Petrus: & super hanc Petram, quam confessus, super hanc Petram, quam cognovisti, dicens: *Tu es Christus filius Dei vivi, adificabo Ecclesiam meam,* Super me adificaboste, Non

**N**ON ME SUPER TE. Nam volentes homines edificari super homines dicebant, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ipse est Petrus. Et alii qui nolebant edificari super Petrum, sed super Petram, ego autem sum Christi: Apostolus autem Paulus, ubi cognovit se eligi, & Christum contemni, Divisus est, inquit, Christus. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi, ut Petrus edificaretur super Petram, & non PETRA super PETRUM. Idem in Joannem tractat. 12. Ecclesia non cadit, quoniam fundata est super Petram, unde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro Petra, sed Petrus à Petra. Sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo. Ideò quippe ait Dominus, super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus, Filius DEI vivi. Super banc ergo, inquit, Petram, quam confessus es, adificabo Ecclesiam meam. Petra eras Christus, super quod fundamentum etiam ipse edificatus est Petrus. Fundamentum nempe aliud nemo potest ponere, prater id, quod possumus est, quod est Christus Jesus. Item libr. 2. de Trinitate, c. 17. Sed dum peregrinamur à Domino, & per fidem ambulamus, ideò per speciem posteriora Christi, hoc est, carnem per ipsam fidem videre debemus, id est, in solido fidei fundamento stantes, quod significat Petra, & eam de tali specula turissima intuentes, in Catholica scilicet Ecclesia, de qua uidetur est. Et super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam.

Addimus huic etiam posteriores: Gregorium in Job. libr. 31. c. 19. In sacro Eloquio cum singulari humero Petra nominatur, quis aliud, quam Christus accipitur? Paulo attestante, qui ait, Petra eras Christus. Anselmum in eum locum Matthæi: Super hanc Petram, id est super Me adificabo Ecclesiam meam: Quasidicat: Sic es Petrus à me Petra, ut tamen mihi reservertur fundamenti dignitas. Sed tu, cui ego amator & confessori meo participium mei nominis dedi, super me fundamentum mundos lapides ordinabis. Lyrarum, Et super hanc Petram, quam confessus es, id est super Christum. Joannem Arborcum Theosophic lib. 5. c. 5. Ecclesia fundata est super Petram, & non super Petrum. Cardinalem de Alliaco, in Recomendatione Sacrae Scripturæ: Non videtur, quod in Petra Petrus, sed in Petra Christus sit intelligendus, de quo agit Apostolus, Petrus autem erat Christus. Tostatum Episcop. Abulen, in Matth. 16. quæst. 67. Quaritur, cùm Christus dicit, super hanc

hanc Petram adificabo Ecclesiam meam, que sit Petra ista. Aliqui dicunt, quod sit Petrus, scilicet quod super illum adificata sit Ecclesia, id est ipse sit fundamentum Ecclesia. Sed dicendum, quod accipiendo propriè fundari vel adificari Ecclesiam, non est verum, quod super Petrum sit adificata. Nam id super quod adificatur, est fundamentum, & sic Petrus diceretur fundamentum Ecclesia; sed falsum est, quia solus Christus est fundamentum. 1. Cor. 3. 11. Etiam ipse est solus caput Ecclesia. Nos autem omnes sumus membra, ut colligitur, 1. Cor. 12. Eph. 4. Petrus ergo membrum Ecclesia est, & non caput, nec fundamentum. Denique addimus, celeberrimum Petrum de Marca Archi-Episcopum Parisensem, haud modicum inter Gallos lumen, qui explicat, quâ ratione Petro competit ratiō Fundamenti, cùm Christus dicatur Apostolo esse solum fundamentum præter quod aliud nemo ponere potest. Sanè inquit, cùm Ecclesia templo & ædificio comparetur, illius moles non potest inniti nisi Christo, qui est ejus auctor & conservator; imò verò ut perstemus in eadem comparatione, est Caput Anguli, ut de se ipse loquitur Matth. 2. 1. id est juxta Paulum angularis lapis, ἀργονιατικός, id est lapis in angulo ædificii positus, à quo angulatae structuræ initium ducunt, in quo est tota vis sustinendi ædificii. Quare religio Christiana ejus personæ, meritis & doctrinæ superstructa est. Attamen propagari debuit hominum ad hoc à Christo selectorum ministerio. Illi autem aliquando Architecti dicuntur, atque a deo ponere Christum pro fundamento, ut Paulus de se testatur ad Corinthios. Aliquando verò ipsi quoque dicuntur fundamenta, quoniam eorum ministerio compago illius ædificii superponitur. Sic Paulus ad Ephesios ait, eos super ædificatos fuisse supra fundamentum Apostolorum, id est, doctrinæ Christi per Apostolorum ministerium. Itaque cùm voces istæ per translationem usurpentur, aliis aliter aptantur. Christus est fundamentum, sed verè & propriè, & lapis angularis. Apostoli quoque sunt fundamenta ratione ministerii, dicto loco ad Ephesios & Apocalyp. 2. 1. Eadem ratione Petrus est fundamentum ratione ministerii. Hactenus P. de Marca.

Hi omnes ergo Petram eam, super quam tum dixit Christus ædificandam esse Ecclesiam, non aliam intelligunt, quam ipsum Christum, quem Petrus confessus erat. Ad quorum authoritatem exceptiones quidem suas moliuntur Romanenses Catholici, sed quibus satisfacere conabimur in sequentibus, &c.